

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9710

Auteur(s) : Jean Ier, Alençon (comte)

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1178

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Jean [Ier], comte [d'Alençon], fils de Guillaume, comte de Ponthieu, donne aux moines de Saint-André-en-Gouffern un emplacement pour construire un moulin et son duit. Ce terrain a été donnée par le prêtre Nicolas de Crocy au comte Jean avec l'accord de sa nièce Emma ainsi que Robert Bochet et Guillaume Deville, maris de ses nièces.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6511/12.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 31-276, p. 412.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Jean Ier, comte d'Alençon, 1171-1191 († 24 février 1191).

Parchemin endommagé (déchirure au milieu).

Texte d'après A

Universis Ecclesie filiis, Johannes comes, Willelmi comitis Pontivii filius, salutem. Ad omnium tam presentium quam futurorum noticiam volumus pervenire, Nicholaum sacerdotem de Croceio tantum spaci in virgulto suo de [.....]io mihi dedisse, quod ad unum molendinum et domum quadraginta pedum in longitudine et viginti in latitudine juxta idem construendam possit sufficere. Viam etiam per quam ad molendinum cum equorum summis et quadrigis perveniri possit et ductum aque ipsi molendino necessarium per idem virgultum fieri concessit, quotiensque oportuerit curari. Hoc autem doctum Emma ipsius Nicholai neptis et Robertus Bochet et Willelmus Devilla, dicti mariti neptum suarum, concesserunt. Ego vero pro anime mee salute et antecessorum successorumque meorum hec omnia monachis Sancti Andree in elemosinam contuli et libere et quete perpetuo possidenda concessi. Gisleberto etiam Abade uxore sua et filiis cum fratre concedent[es]uam situm est et a vado calceie usque ad [.....]galtu protenditur predictis monachis perpetuo possidendum reliquit, atque etiam reduntatione per terram suam concessit. Hec autem ipse Gislebertus in manu mea posuit et ego de eisdem monachos sicut de proprio dominio meo plenarie investivi. Radulfus quoque Ardens et mater sua,

Hugone de Vitreio domino suo et Roberto filio ejus concedentibus partem quandam terre sue que est inter salices aque propinquiores et ipsam aquam predictis monachis in elemosinam dederunt, salicesque ad monachorum jus pertinebunt. Omnia igitur sicut superius divisa sunt sine seculari servitio et exactione in perpetuam elemosinam possidenda predictis monachis concedo, sigillique mei auctoritate confirmo. Sciendum tamen est quod predicti seculares eorumque heredes servitia ad supradictas terras pertinentia, ex integro mihi meisque heredibus persolvent. Teste (sic) Roberto Sansone, Roberto de Nuilleio, Roberto de Garenis, Roberto de Costentino, Ricardo de Elrablis, Renaudo Cluinart, anno ab incarnatione Domini M°. C°. LXX°.